

propter spem uitae aeternae gaudium. omnia huius mundi aduer-
 satione patienter sustinere debemus. si a dextera praemia peruenire cupi-
 mus. Orationi instantes. instantia orationis. auxilium nobis praer-
 tat in aduersis. Necessitatibus sanctorum communi caritas. bonis hinc
 communemur illis. qui propter christum sua omnia contempnunt.
 atque alius indigent ministerium. siue etiam pauperum curam habe-
 amus. ut christus nobis retribuatur in futuro. hospitalitatem sectantibus.
 sicut et sancti alii fecerunt. quia ita deo placuerunt. ut angelos dei qui
 domi in hospicio recipere meruerunt. Benedicite persequentibus
 uos. benedicite & nolite maledicere. Ut ipse dominus. Diligite inimicos
 uestros. benefacite his qui oderunt uos. & orate pro persequen-
 tibus & calumnantibus uos. ut sitis filii patris uestri qui in caelis
 est. Gaudere cum gaudentibus. Aliorum bona nostra deputare. De ali-
 orum profectu. ut de nostro ipsi uos gratulari. flere cum flentibus
 aliorum aduersis. compati. Aliorum iniurias. ut nostras deflere.
 De alterius ruina. nunquam latens exultare. sed potius condolere
 id ipsum inuicem sentientes. Semper nobis talia peccata nostra
 exigentibus formidamus. quae in aliis iniuriosa uidemus.
 Non alta sapientes. sed humilibus consentientes. non in su-
 perbia eleuetur cor nostrum. sed in humilitate spiritus. conser-
 uare nos in & ipsos in omnibus studeamus. ut ipse nos dominus do-
 cuit dicens. Discite a me. quia mitis sum & humilis corde.
 & inuenietis requiem animabus uestris. Quod ipse praestare
 dignetur dominus noster ihesus christus. cui est cum deo pater & spiritu sancto. honor
 & potestas per infinita secula seculorum. **DOMINICA III. POST**
TRINIDATEM. NOLITE ESSE PRUDENTES. EPIPHANIA. LECTIO EPistolae
apud uos in & ipsos. nulli malum pro malo reddentes. prou-
dentes bona non tantum coram deo. sed etiam coram omnibus
hominibus. & cetera. OMELIA LECTIO eiusdem

Depru-
 confida
 senta le
 ipsos. 2
 ti effe-
 mo quem
 lum pro-
 ramus ui-
 cum profi-
 non enim
 corum d
 Ali qua
 desider
 minib
 cum inu
 uae sta
 cifici. q
 tes hinc
 tam. e
 si uos p
 mit te
 patium
 perfe
 uni e
 inum
 negar
 impu
 mine
 facien